

## De decem chordis

**D**ominus et

deus noster misericors et miserator longanimis et multum misericors et verax: qui largiter progat misericordiam in presenti seculo: tam seuerè minatur iudicium in futuro seculo. Verba que dixi scripta sunt. et diuinis auctoritatibus continentur: quia misericors et miserator dominus: longanimis et multum misericors et verax. Dulcius deletat omnes peccatores et amatores huius seculi. quia misericors et miserator dominus: longanimis et multum misericors. Sed si amas tam multa mala time tibi et vltimum quod ait. et verax. Si enim nihil aliud diceret nisi misericors et miserator dominus: longanimis et multum misericors: quasi iam pertereres te ad securitatem et impunitatem et ad licentiam peccatorum: faceres quod velles: vtereris seculo: vltimum quasi tibi permitteres vltimum tibi libido iussisset. Et si quis te bene admonedo oburgaret atque terreret ut cohiberes te ab imoderato fluxu cundo post occupaciones tuas. et de serendo deum tuum. inter medias voces oburgatis obliteres: impudenter quidem fronte: veluti audita diuina auctoritate et legeres in libro dominico. Quid me terretis deo nostro? Ille misericors est et miserator: et multum misericors. Ne talia boies dicerent vnum verbum addidit sine quod ait. et verax. et percussit leticiam male presumencium. et inducit timorem dolencium. Gaudeam ad misericordiam domini. sed timeam iudicium domini. Parcite: sed non tacet. Tacet: sed non semper tacebit. Audi dum non tacet in verbo: ne non tibi vacet audire dum non tacebit in iudicio. Dodo enim licet tibi causam tuam componere. Ante vltimum iudicium dei tui compone causam tuam. Non est vnde presumas cum ille venerit: nec falsos testes adduces quibus ille fallat. nec patronum fraudulencium circumventionibus et linguosis artibus adhibebis: nec ambobus aliquo modo ut iudicem possis corrumpere. Quid ergo ages apud tale iudicium: quem nec fallere nec corrumpere poteris. et tunc est quod agas. Tunc enim ipse erit iudex cause tue: qui modo est testis vite tue. Clamauimus et laudauimus componamus cau-

sam nostram. Qui testis est operum nostrorum. ipse testis est vocum istarum. Non sunt inanes: perterant ad gemitum. Tempus est recordandi cum aduersario tuo cito. Tam longanimis est deus videndo iniqua et non puniendo. ut tunc cito sit futurum iudicium. Dore quippe humane vite plerumque est: quod deo breue est. Sed et ipsi seculo et humano generi quod longe videtur quod solatur: fundum si totius generis humani vltimum dies longe est: vniuscuiusque dies vltimum longe est. Hoc dico. Et adagium multum anni enoluit sunt. multum anni fluxerunt et deinceps fluxerunt. non quidem tam multum. sed tunc vltimus in fine seculi transibunt anni. sicut et illi transierunt. Longum videtur quod restat. Sed non erit tantum quasi transactum est. et tunc ex transacto perterito tempore. sperandus est finis reliquorum temporis. Fuit tunc quidem dies qui diceretur hodie: et ex illo usque ad hunc hodiernum. nonne quicquid fuit futurum perteritum factum est? Tale habet ac si non fuerit. Sic erit quicquid restat extremum. Sed sit et longum sit plerumque futurum putaueris. quasi dixeris. quasi cogitaueris. quasi tibi non format scriptura. sed fingit cogitatio: quasi vniuersi die iudicium plonga nunquam vltimum die tunc id est vite tue qui exiturus es de hoc corpore producturus es in longum? Sit tibi senectus: certa si potest: cui ante perter nonne ex quo homo incipit viuere iam potest et mori: Possibilitatem mortis initium vite facit. In hac terra et in genere humano ille solus mori nondum perter: qui nondum cepit viuere. Incertus ergo dies tanquam quotidianus sperandus est. Si autem tanquam quotidianus est incertus dies. componatur cum aduersario dum est tecum in via. Via enim vocatur hec via: per quam omnes transeunt et non recedit iste aduersarius tuus. Quis est autem iste aduersarius? Aduersarius iste non est dyabolus. Nam nunquam te horret scriptura ut cum dyabolo recordares. Est alius ergo aduersarius: quem sibi homo facit aduersarium. Nam ille si aduersarius esset: tecum in via non esset. Ad hoc est tecum in via: ut recordet tecum. Scit enim quia nisi in via seculi recordaueris: iam tradet te iudicium. in dexteris autem minister. minister in carcerem. Et quia ista euangelica sunt. recordant nobiscum. vel qui legerunt. vel qui audierunt. Ergo quis est aduersarius? Sermo dei. Sermo